sorum injusticiam ex justiciæ auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non fecit; cum venientem lupum viderit, fugit. Hæc Gregorius. In quibus quidem verbis satis demonstratur episcopum jure, divino teneri ac sub ve damnationis eternæ (si non facit) eidem comminari; ad liberationem gregis, defensionem præservationem, à quibuscumque nocumentis, afflictionibus, oppressionibus, et malis corporalibus et temporalibus totis viribus insistere, nec non importune anhelare.

»Præterea 6. minor probatur decretorum auctoritatibus ut 24 distin. in summa, ubi dicitur, sollicitum quoque et vigilantem opportet esse episcopum circa deffensionem pauperum, relevationem oppressorum, tuitionem monasterium, quod si facere neglexerit, aspere est corrigendus. Et 87 distin. in summa. Viduis autem et orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus, episcopi debent adesse et contra improborum violentiam protectionis patrocinium eis negare non debent. Hæc ibi. Et in capite I. Pelasius papa dicit: Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus in quantum possumus nos denegare; plus tamen viduarum et orphanorum causas et impensius ducimus exequendas, quas tueri à nobis vel ab omnibus divina manifestat assertio. Et in capite sequenti idem Gelasius: Defensionis (ait) proprie desolatis auxilio et qui suis actibus adesse pro ætatis infirmitate non possunt; exoratum pontificem decet subvenire. Quia pupillis et viduis tuitionem etiam divinitas jussit impendi, etc. Et 84 distin., cap. I, reprehendit Gregorius papa quemdam episcopum Paschasium qui eo nec iperius Ecclesia, nec monasteria, neque oppressi vel pauperes ejus erga se dilectionis studium sentirent. Et XXIII quæstio, V capitulo. Administratores, ait Joannes papa, administratores, plane secularium dignitatum, quæ ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum ac viduarum protectionem; rapaciumque refrenationes constituti esse proculdubio debent; quoties ab episcopis et ecclesiasticis viris conventi fuerint; eorum quærimonias attentius audiant; et secundum quod necessitas expetiêrit absque negligentia examinent, et diligenti studio corrigant, etc. facit c. si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem expoliaverit, etc. XII quæstio, I caput omnis etas. Et hoc est verum et indubitatum apud omnes qui recte atque christiane sentiunt; quod principaliter et antonomatice ac per prius ad episcopos vel ecclesiam pertinet deffensio seu protectio eorum omnium, qui ab injustis hominibus injurias, violentias, expoliationes, oppresiones, granamina injuste tam in rebus quam in personis patiuntur; saltem (de quo nullus dubitat) quoties judices sæculares, vel malicia, vel dissimulatione sunt negligentes; ut legitur et notatur in capite *Licet ex suscepto*, et capite *Ex tenore*, ubi bona glosa; et capite *Ex parte de foro competenti*, et in capite *Super quibusdam*, in fine de verborum significatione; et in capite *Significantibus*, in principio de officio delegationis, per illos textus, et per superius allegatos.

»Circa hanc materiam videatur Innocentius notabiliter in capite *Cum sit generale*, de foro competenti. Et ad propositum nostrum faciunt satis aperte ea quæ leguntur et notantur in capite I *De furtis*, ubi tractatur de his qui furantur homines liberos, et vendunt eos, et similiter de scienter ementibus qui pari pœna puniuntur ut in lege I, et in lege Favia, et in lege fin. ff. ad legem Faviam de plagiariis.

»Probatur 7 minor, aurea sententia sancti Thomæ, XXII quæstio, 40 arti. 2 ad. I, ubi sic ait; Prelati debent resistere non solum lupis, qui spiritualiter interficiunt gregem, sed etiam raptoribus et tirannis qui corporaliter vexant, non autem materialibus armis in propia persona utendo, sed spiritualibus, secundum illud apostoli II corinthiorum 10: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei quæ quidem sunt salubres admonitiones, devotæ orationes contra pertinaces, excommunicationis sententia. Hæc ille in forma. Ad id facit quod Guilielmus in summa virtutum et vitiorum, tomo II, capite XI. Membrorum quæ faciunt ad detestationem plurium beneficiorum ubi inter sex ad quæ secundum eum obligat se, qui curam pastoris suscipit, secundum in ordine ponit. S. ad libertationem (supple) afflictorum et oppresorum, ad quod allegat illud proverbium 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, etc.

»Et sic his rationibus et auctoritatibus patet veram esse minorem rationem, videlicet quod inter actus pastorales, ad quorum exercitium actu efficiendum, utpote ad officium episcoporum pertinentes obligantur de necessitate salutis; computatur et comprehenditur, deffentio et tuitio plebium à quibuscumque nocumentis et oppressionibus corporalibus; maxime quæ impediunt vel impedire possunt propriarum ovium salutem spiritualem. Et quia hujusmodi est detentio seu oppressio ex tirannis, qua indi (quos habent hispani in servos) detinentur et opprimuntur. Ergo jure divino et necessitate salutis episcopi orbis indiarum tenentur insistere apud regem et regale consilium, quatenus hujusmodi servitute injusta indi oppressi; suæ pristinæ libertati reddantur sive restituantur. Patet consequentia licet jam clareat, quia nulla oppressio vel tirannis ipsius privatione libertatis durior vel major, cum nihil sit in rebus humanis pretiosius, nihil inestimabilius propria hominum libertate (ut ex supra decursis apparet) aut qua efficatius ad recipiendam fidem in his qui nondum receperunt, vel si receperunt et sunt in fide novelle plantule, ne ad perfectam credentium mensuram perveniat, homines impediantur.

»Secundo probatur sic prima pars corolarii tali ratione. Omnes homines obligantur jure naturæ et divino subvenire in quantum possunt injuriam et oppressionem passis vel patientibus. Ergo multo fortiori vinculo episcopi, etc. Antecedens patet jure naturæ quidem, quia quilibet optaret positus in magna tribulationis angustia et calamitate quod alius sibi subveniret eumque liberaret. Ergo et ipse debet aliis facere. Quod patet per illud Mathei VII: quomodocumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Hinc est quod naturale est omnibus hominibus, ut se invicem diligant, cujus signum est, quod quodam naturali instinctu homo, cuilibet homini etiam ignoto subvenit in necessitate (puta) revocando ab errore viæ, erigendo à casu et aliis hujusmodi, ac si omnis homo omni homini, esset familiaris et amicus. Divino autem jure patet Deu. 22, non videbis bovem aut ovem fratris tui errantem et

præteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si non sit propinquus frater tuus nec nosti eum, duces in domum tuam, et erunt apud te quamdiu quærat frater tuus et recipiat. Similiter facies de asino, de vestimento et de omni re fratris tui, quæ perierit si inveneris eam; nec negligas quasi alienam. Et Exodi, XXIII: si videris asinum adientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis eum. Et Proverbium XXIV: Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses, si dixeris vires non suppetunt, qui scrutator est omninum ipse intelligit, et servatorem animæ tuæ nihil fallet reddetque homini juxta opera sua. Et Ecclesiast., IV: libera eum qui injuriam patitur de manu superbi. Et I Joannis, III: qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Ex quibus auctoritatibus habent quod ex præcepto charitatis et divini juris, omnes indifferenter tenemur juvare ac defendere proximum ab oppressione, injuria, seu injustitia et malis quibuscumque secundum possibilitatem nostram, tam corporalibus, quam etiam et potius spiritualibus. De hoc habentur plures textus jures canonici LXXXVI di. caput *Pasce*, et caput *Non satis*, et VII quæstio, I caput *Non inferem*, et caput fi. Dimissis aliis per multis habetur textus clarus in capite *Dilecto*, de sententia excommunicationis, libro VI, ubi dicet: licet unicuique suo vicino vel proximo pro repellenda injuria suum impartire auxilium, imo si potest et negligit, videtur injuriantem favere ac esse particeps ejus culpæ, etc. Hæc ibi. Idem per caput *Quantæ*, de sententia excommunicationis et caput *Sicut dignum*, de homicidio et hoc latius sanctus Thoma in quæstionibus de veri, quæstio III, articulo I caput. Et est communis omnium sententia doctorum theologorum et canonistarum.

»Tunc sic. Si omnes parvi et magni, docti vel indocti, subditi vel prælati, privatæ seu publicæ personæ, tenemur indifferenter subvenire oppressis et violentiam vel injuriam seu aliud incommodum passis seu patientibus, eosque pro uniuscujusque viribus officii vel facultatis ex præcepto legis naturæ divinæ atque charitatis liberare; certe multo magis obligantur prælati et alii magistratus sæculares et ecclesiastici. Hoc patet: quia omnes homines, saltem christiani, ad id astringuntur præcepto naturæ et charitatis, quemadmodum visum et probatum est: prælati vero ecclesiastici et sæculares eodem præcepto communi quo omnes, et ulterius justitiæ ligamine qua populos sibi commissos tueri, deffendere atque à malis præservare, tacito ex pacto se obligarunt. Ergo multo fortius prælati et alii constituti sæculari vel ecclesiastica in dignitate cæteris hominibus ad deffensionem pauperum et oppressorum obligantur. Optimum ergo argumentum est à minori, quia si de quo minor obligatio videtur inesse et inest, ut in personis privatis, ergo et de quo major S. de personis constitutis in dignitate vel potestate, ut dicitur in Topicis. Et habetur hoc argumentum in capite *Cum in cunctis*, de electi, et XXXIII distin., caput *Si in laicis*, et in aliis juris locis.

»Hi namque contrahunt quasi cum Ecclesia si ecclesiastici, vel cum populo aut regno, si existunt sæculares; et obligant se ex quasi contractu ad justitiam administrandam in plebe vel regno, dum officium assumunt et acceptant regendi, ut patet, in capite *Nisi cum pridem*, V. verum de renuntiatione; ibi, cui S. Ecclesiæ sponsæ tuæ de figendo manum apud extraneum, in aliud. Hoc est, Deum te fide media copulasti: de hoc cardinalis consilio, 146, incipiente sanctissimus Dominus noster: et in capite *Ex litteris*, de pignoribus: quasi in fine, et feli. in capite *Quæ in ecclesiarum*, 14 columna de constitu. similis ratio est de principibus et rectoribus sæcularibus populorum, quia obligantur tacite ad utilitatem quærendam et incommoda præcavenda seu submovenda subditorum. Sunt enim constituti justiciæ custodes, secundum Philosofum, V Ethicorum. Et publicæ personæ astricti quidem ut reddant debitum suorum officiorum his quibus sunt præpositi. Et hoc ex debito et præcepto justitiæ, ad instar tutoris qui est obligatus eo ipso quod est tutor sine aliqua promisione ad omnia utilia efficienda, et fugienda inutilia et noxia prætermittenda ut lege pro officio, et lege sequenti. C. de admitten. tuto. et insti. de obliga. qui ex quasi contra nascum 4 tutores quoque. Et hoc ex eo tempore quo cepit esse tutor, ut dicit glosa in dicta lege pro officio; unde si non deffendunt plebes sibi commissas ab invasoribus et oppressoribus qui ex negligentia pptis. damna contingunt, tenentur omnino reparare ultra grave peccatum, quemadmodum milites conducti ad deffensionem civitatis; querumque incommoda obveniunt conducentibus, si propter eorum non debitam deffensionem patiuntur, et similiter est de nauta conducto si propter incuriam ejus navis perit, de navi et de mercibus tenetur. Hæc probantur per caput *Si culpa* de injuria et damno dato et in lege in re mandata. C. manda ubi omne commissum et neglectum in re quam quis accipit in curam suam, non est culpa vacuum; et C. de judi. l. sancimus. et insti. de obliga. quæ ex quasi delict. nascunt. §. 1. Sunt etiam infiniti pene textus, quibus luce clarius ostenditur omnia mala, quæ ab inferioribus sive subditis patrantur prælatis et superioribus imputari; unde disti. 83, caput providendus Simacus papa: non est (inquit) grandis differencia an lethum in mortem inferas vel admitas. Mortem non languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit. Similiter plagiariam servitutem aut similem calamitatem probatur infligere, si cum potest, non tollit; et caput *Error* cui non resistitur approbatur; et caput *Consentire*; et caput *Nihil* illo pastore miserius qui gloriatur luporum laudibus, etc. Et 86. disti. inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis refferenda sunt; quam ad desides negligentesque rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam, caput *Inferiorum* et caput facientis culpam proculdubio habet; qui quod potest corrigere negligit emendare, scriptum quippe est non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus participes judicantur, etc.

»Cum ergo prælati orbis Indiarum ex præcepto divino et necessitate salutis teneant fugere ac declinare, ne sint participes in peccatis mortalibus quibus detinentes indos in tiranica servitute perfata ligantur, ergo jure divino obligantur ad insistendum apud dominum re-

gem ejusque regale consilium, ut suæ pristinæ libertati qua inique spoliati sunt, indi ejusmodi reddant.

»Et breviter addo alias rationes ad probandum: dictam primam partem, et tertia sit in ordine hac, videlicet. Quia episcopi tenentur jure divino impedire in quantum possunt in plebibus sibi commissis omne peccatum mortale non solum commissum ut agatur de eo pœnitentia, ut patet in capite *Novit de judiciis*, caput *Cum fit*, et caput *Licet*, jam allegatis de foro competenti, cum ibi non per doctores, verum etiam obligatur prævenire ac supplere ante consummationem peccati, ne comittatur, ut si videat episcopus aliquem vicinum præcipitio vel paratum ad peccandum. 93. dist. caput *Diaconi*, 23, quæstio XI, caput *Ipsa pietas*; et 22 quæstio V caput *Hoc videtur*; alioquin consentire videtur. 83 distin. per totum, et de hoc est bona glosa laudata per doctores in capite *Ex litteris*, et II *De sponsali*. Sed hispani prædicti oppressores et detinentes in injusta servitute præfatos indos in servos, sunt in continuo peccato mortali. Ergo ut agant de eo pœnitentiam et cessent à futuris peccatis præfate tirannidis, obligantur episcopi orbis indiarum insistere apud regem, ut compellat illos ad relaxandum quos injuste detinent in ea tirannide.

»Quarta ratio: episcopi omnes obligantur jure divino procurare qualiter pax, quies et unitas semper consistat et conservetur in plebe, et turbatores pacis punire, et ad pacem compellere; ut in capite *Treugas*, cum ibi not. per doctores de treug. et pace; et 90 distin. caput *Studendum est episcopis*; et caput *Placuit*, et caput *Si quis*; et caput *Præcipimus*, cujus ratio est, quia ad hoc quod homo vacet divinis, indiget tranquillitate et pace (scimus enim et evidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore, bene colitur pacis auctor prout dicitur in textu Extravagantis, super cathedram sub titulo de sepulturis in communibus) et pax nihil sit aliud quam status tranquillus et quietus, secundum Isidorum in etimologiis, et secundum Augustinum, libro XIX, capite XIII et XIV *De civitate Dei*. Pax est ordinata hominum concordia. Maniffestum est enim quod in bello, vel exteriori, quod armis materialibus exercetur, vel interiori quod odio vel rumore in discordante voluntate geritur, vel nullo modo potest homo vacare divinis, vel non bene aut meritorie vacare. Quia in primo secundum exteriori vix sine peccato esse, in secundo vero nunquam poterit. Verum cum ad episcopos principaliter pertineat inducere ad divinis vacandum populos, necesse est etiam pertinere omnino impedientia et perturbantia pacem tollere, quibus principaliter incumbit secundum divinas leges, inducere populos ad pacem et amicitiam hominis ad Deum, quæ tunc proculdubio habetur, cum omne peccatum mortale projicitur. Finis namque principaliter legis divinæ amicitia hominis ad Deum est, id est charitas, secundum illud Prima ad corinthios, I, finis præcepti est charitas, cujus effectus est pax, ut Apostolus ad Galatas, capite V dicit: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax et patientia, etc. Amicitia autem Dei non habetur sine amicitia proximi, secundum illud Joannis in I canoni., capite IV qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Domino Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. Et ideo hanc pectoris pacem in populo sibi commisso inducere ac conservare jure divino tenentur episcopi, nec sufficit eis ut populus in pace vel tranquillitate extrinseca conservetur; quod tamen sufficit rectori temporali, unde oportet episcopos ampliori cura, studio et vigilantia uti, quatenus greges et ove singule amicitiam ad Deum et ad homines habeat. De hoc sanctus Thoma in *Summa contra gentiles*, libro III, capite CXVII et cap. XII, VIII et gay. 12, q. 99. ar. 2 et 3 facit 45. dis. c. tria sunt, et c. duæ sunt, et de consacraci. dist. 2. c. pacem.

»Cum igitur pax sit ordinata concordia hominum, ordinata vero concordia tunc inter homines dumtaxat servetur, secundum sanctum Thomam, ubi immediate supra, quando unicuisque quod suum est redditur, quod est justitiæ; propter quod dicitur Esaias, XXXII, opus justitiæ pax, ut supra dictum est. Et hispani nostri abstulerint et actu quotidie injuste auferant rem tam prætiosam alienam secundum S. libertatem tot hominum millibus, ob id quæ oporteat, imo necesse sit esse inter utrosque discordiam magnam, odium grandem, rancorem immortalem, vel quia (hic et sua parte natura indi oppresi patientissimi et mansuetissimi sint, et ex parte forte ipsorum hac de causa ut in plurimum non interveniet peccatum, quamvis non deerunt angustiæ fletus, suspiria, gemitus, singultus et magni dolores, pro magnitudine injustitiæ oneris et servilis laboris) a parte tamen opprimentium nulli dubium, quin amicitia vel pax, nec ad Deum, nec ad homines serventur. Et per consequens magnum peccatum mediet, cum ratione oppresionis et tirannidis, tum ratione impedimenti, quod ipsis oppressis ac miseris indis in suscipienda, et his qua religionis christianæ sunt, maxime ac efficaciter præstant. Ergo episcopi Oceani orbis Indiarum obligantur jure divino et de necessitate salutis apud regem et regale consilium, quatenus præfati oppressi detentique injuste ab hispanis in sepefata horribilique servitute, suæ pristinæ libertati prorsus restituantur, insistere. Consequentia patet, quia inter utrasque oves non est pax nec vera amicitia nec ordinata concordia, sed discordia magna cum non servetur justitia, eo quod non redditur libertas quibus est debita; res quidem valde prætiosa illis quorum est, quibusque debetur et contra jus et omnem rationem, sublata vel usurpata est, ac per consequens, ad Deum non est amicitia. Ex parte quidem opprimentium, sed grande peccatum mortale mediet. Ex parte autem opresorum dubia valde charitas, quod doctrina fidei et tranquillitate addiscendi, qua fidei sunt careant. Hac de causa veri similiter judicanda est, et tamen medendi auram et studium hujusmodi languoribus apud episcopos ex proprio officio esse, jure divino indubitatum est.

»Quinta ratio et ultima, et hæc quidem brevior superioribus est, videlicet: episcopi quicumque obligantur ex jure divino reddere rationem in extremo judicio, non solum pro parvis et communibus hominibus suorum episcopatuum, sed etiam pro ipsis regibus seu principibus, et pro legibus seu constitutionibus eorumdem cum in spiritualibus et concernentibus animam,

omnis potestas temporalis sive sæcularis spirituali subjiciatur, ut apparet in capite *Omnes principes terræ*, et cap. *Solite*, de maio. et obedienti, et X disti., caput *Certum est*, ait Felix papa. Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere non preferre, etc. Et 96 dist., caput *Quis dubitat* sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium principes et magistros censeri, etc. Et 22, quæstio III, caput *Si vobis episcopis*, et 96 dist., caput *Duo sunt*, ubi dicitur in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum; quanto etiam pro ipsis regibus vel legibus hominum in divino sunt reddituri examine rationem, etc. Et in cap. Valentinianus, ea disti. et in multis juribus aliis et sanctus Thoma, 2, sen. disti. 44 quæstio, 2 ar. 3 ad. 5 et 22 q. 186 ad 1. Hinc est, quod in spiritualibus quæ pertinent ad salutem animæ, leges non dedignantur sacros canones imitari, unde imperator se subjicit canonicæ dispositioni, ut ipse dicit in aut. ut clerici apud proprios episcopos. 4 pe. cola. 6. et leges dicuntur canonibus famulari, ut in cap. super specula de privilegiis. Cum igitur reddituri sunt rationem episcopi pro rebus et pro actibus eorum in quantum sunt actus publicæ personæ seu potestatis regalis, manifestum est episcopis necessario incumbere, vigilare debere super actus regios concernentes temporale regimen suorum episcopatuum, ac per consequens apud regiam celsitudinem et consilium regale non perfunctorie agere, seu instare, quoties necessitas vel utilitas subditorum expetierit corporum et animarum. Et cum illa de qua in præsentiarum tractamus, super liberationem, videlicet innumerorum hominum à tam iniqua et horribili servitute, sit hujusmodi. Ergo ad episcopos Indiarum pertinet jure divino apud regem et regale consilium diligenter et importune super eadem re insistere, et propterea eo de jure et de necessitate salutis indubie obligantur, et sic patet prima pars corolarii.

»Secunda vero pars, videlicet: «Que sean obligados los obispos por efectuar lo suso dicho (conviene á saber), porque su majestad y su Real Consejo ponga ó mande poner los indios dichos, injustamente hechos esclavos, en libertad, si para ello fuere necesario arresgar las vidas»; exponendo eam cunctis periculis, laboribus et aliis corporalibus malis, probatur. Quod ibi intervenit spiritualis mortis damnum, et eternæ damnationis opprimentium, scilicet hispanorum, cum sint semper in peccato mortali, et per consequens periculum etiam damnationis opressorum S. indorum, qui propterea quod detinentur in injusta tirannide seu servitute impediuntur à via salutis. Ergo tenentur episcopi pro liberandis animabus utrorumque vitam corporalem quibuscumque periculis etiam mortis exponere. Consequentia patet per illud Joannis X: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Et hujusmodi ratio est; quia secundum sanctum Thomam 22 q. 185 ar. 5 in corpore in qualibet obligatione præcipue attendi debet obligationis finis. Obligant autem se episcopi ad exequendum pastorale officium propter subditorum salutem, et ideo ubi subditorum salus exigit personæ pastoris præsentiam, non debet pastor nec propter aliquod commodum temporale nec etiam propter aliquod personale periculum eminens, suum gregem deserere, cum bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ovibus suis. Hæc sanctus Thoma. Ad hoc facit 23 q. 4 caput *Tres personas*.» Resta de probar aquella palabra, ó adverbio, que se dijo en este segundo corolario: que los obispos son obligados á insistir y negociar la libertad de los suso dichos cautivos y agraviados indios importunamente, que quiere decir, con grande solicitud y diligencia; y baste para esto lo que san Pablo dice, *Ad romanos*, XVII: «Qui præest in solicitudine»; et II *ad corinthios*, II. Donde específicamente habla de los obispos á un obispo: «Juxta (inquit) oportune, importune, et infra tu vero vigila, in omnibus labora», etc. Máxime que la negligencia en el perlado todos los doctores la condenan por mortal pecado, como se nota y trata en el c. *Ea qua de offi. archidi.* y en el c. *Irrefragabili de offi. ordi.* et *De regula*, c. ulti. et *De statu monacho.* c. *Cum ad monaste.* § ulti. et *De accusatio*, c. *Qualiter* et quo l. 2. § penulti. *De quies*, que no se admite la excusacion del pastor si la oveja come el lobo, y dice que no lo vido ó no lo supo; porque es obligado á velar, y á poner en la guarda de las ovejas suma diligencia. La regla del derecho lo dice: «Non est pastoris excusatio si lupus oves comedit et pastor nescit.» Esto se prueba por la semejanza del fiador que trae Salomon, en los *Proverbios*, VI, que parece ser aquel el sentido que pretendió el Espíritu Santo; y ansí lo trae san Gregorio sobre Ecequiel, homilía 11, y en la tercera parte del pastoral, admonitione quinta: «Fili mi, si spoponderis pro amico tuo defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus; fac quod dico, fili mi, et teipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui; discurre, festina, suscita amicum tuum ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, erue quasi damula de manu, et quasi avis de insidiis aucupis. Vade ad formicam, o piger», etc. Si tanta diligencia debe poner el que fia á otro en deuda ó bienes temporales, teniendo por acreedor al hombre, ¡cuánta será obligado á tener el que fia á las ánimas, obligándose á pagar por ellas en los pecados y deudas infinitas espirituales, cobrando por acreedor á Dios! «De Jacob qui gessit officium boni pastoris, gen. 31. scribitur: Die noctuque estu urebar et gelu, fugiebat somnus ab oculis meis, super quibus verbis sic argumentatur Gregorius in registro libro VII, capite LXXIV. Si igitur sic laborat et vigilat qui custodiebat oves Laban, quanto labori, quantis vigiliis debet intendere qui custodit homines oves Dei? Hæc ille. Ratio hujus solicitudinis et exactæ diligentiæ custodiæ animarum à prælatiis impendendæ hæc est; quia ubi majus periculum præscitur, ibi proculdubio est cautius et plenius accurrendum et consulendum. Ut dicitur in capite *Ubi periculum*, de electio., lib. VI, et hæc sufficiant ad probationem totius secundi corolarii, ex quibus omnibus sequitur.»

COROLARIUM TERTIUM.

Docta y santamente lo hicieron los religiosos de la órden de santo Domingo y san Francisco y san Agustin en la Nueva España, conviniendo y concertándose

todos á una, de no absolver á español que tuviese indios por esclavos, sin que primero los llevase á examinar ante la Real Audiencia, conforme á las leyes nuevas; pero mejor hicieran si absolutamente á ello se determináran sin que los lleváran á la Audiencia.

La primera parte deste corolario asaz es claro, y probaráse abundantemente, sino por no alargar tanto sola esta razon, baste; porque todos los religiosos de las dichas tres órdenes, ó dellos tienen su ciencia y certidumbre de las injusticias y corrupciones que en hacer los indios esclavos, así por los españoles como por los indios se tuvieron y usaron, ó dellos tienen muy gran probabilidad, que se iguala á ciencia en estas cosas morales, y ofendieran gravemente á Dios y fueran obligados á restitucion si los absolvian, no mandándoles los confesores que tenian ciencia ó certidumbre, ponellos luégo en libertad, ó llevallos á la Audiencia los confesores que algo dudaban. La razon es: porque el confesor que se pone á confesar, vístese oficio de obispo y de cura y de juez espiritual; y por consiguiente, es obligado, como ellos, á tener suficiente ciencia, prudencia y discrecion, y á sentenciar justa é igualmente, al ménos en los casos donde hay injuria, ó agravios, ó daños de parte; y si en ello, por poco saber, ó por descuido y negligencia notable, yerra, como no mandando restituir lo usurpado ó mal ganado, allende del pecado, él es obligado á restituirlo á la parte agraviada, y todos los daños le son imputados, como al médico se le imputa el daño ó muerte que al enfermo viene por su impericia ó negligencia ó mal recaudo. Esto parece ff. *De offici. præsidis*. l. *Illicitas*, § *Siculi medico*. Et idem dicit glosa. ibi *De quolibet artifice alio*. per § *Celsus*, l. *Si quis fundum* et per § *Si gemma*, l. *Item quæritur*, ff. *Locati*. Lo mismo es del asesor y juez que mal sentencia ó aconseja, ó deja, por ignorancia ó negligencia ó impericia, de sentenciar ó aconsejar como debe; ut in l. *Hoc edicto*, ff. *Quod quisque juris, quia turpe est nobili patricio ignorare jura in quibus versatur*, ut ff. *De origine juris*, l. 2. Y la razon de todo esto es, porque la impericia y negligencia «equiparatur culpæ», ut insti. ad l. *Aquili*. § *Impericia;* y todo lo dicho se prueba bien abiertamente por el capítulo *Si culpa de jure et damno dato*. El cual dice así: «Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata, seu aliis irrogantibus opem forte tulisti, aut hæc impericia aut negligentia tua evenerunt, jure super his te satisfacere oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse contingere vel jacturam, etc. Hæc ibi.» Y hace contra los confesores y abogados y los jueces muy al propósito un texto de san Agustin, que está en el c. *Si res*, XIV, q. 6. Que el confesor tenga oficio de cura y obispo, y sea juez obligado á tener gran vigilancia y hacer mucha diligencia, parece por lo que san Agustin dice: «Et habetur de pennia, disti. 6, cap. I: «Caveat spiritualis judex ut sicut non commissit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet ut sciat cognoscere quidquid debet judicare. Judiciaria enim potestas hoc postulat, ut quod debet judicare discernat», etc.

La segunda parte deste corolario, que dice que mejor hicieran los dichos religiosos si absolutamente se determináran á que sin llevarlos á examinar á las audiencias los libertáran, pruébase por todo lo que arriba está dicho, especialmente en la tercera parte de la conclusion, en la probacion de la proposicion menor, por toda ella. Porque en la verdad, no hay religioso, al ménos en la Nueva España, que no tenga probable y muy probable opinion, á la cual es obligado á seguir, que todos los indios son injusta é tiránicamente hechos esclavos. Por lo cual no deben curar de las examinaciones que hacen ó pueden hacer las audiencias reales, como haya en esto y en otras infinitas cosas cerca de oprimir y angustiar los indios y tenellos siempre en servidumbres nunca vistas ni oidas, ni tan nuevas cautelas, fraudes y maquinaciones en las Indias, y en las audiencias muchos defectos. Y ansí concluyo por el presente la materia de los hombres infinitos esclavos, hechos en aquellos indianos reinos indebidamente esclavos, sometiendo lo que toca al derecho á la correccion y censura de vuestra alteza, suplicando muy afectuosa y encarecidamente, como obispo de un gran pedazo dellos, y donde muy gran cantidad se hicieron, que vuestra alteza mande con mucha brevedad libertarlos, para que á tanta confusion, obstinacion y perdicion de ánimas en este artículo se ponga remedio; que no será otra cosa sino quitar los impedimentos, y disponer la humana materia por el oficio excelente é industria real, para que los perlados, como padres y maestros espirituales, con su eclesiástico y espiritual regimiento y actos hierárquicos, la perfeccionen y ennoblezcan, haciéndola capaz de recebir la gracia, que por el ejercicio de los santos sacramentos han de alcanzar, por la cual puedan salvarse, saliendo del pecado en que viven mortal; cuyo paradero, si vuestra alteza con tiempo dél no los libra, serán los fuegos eternales.

DISCURSO PRONUNCIADO ANTE EL EMPERADOR CÁRLOS V, EN RESPUESTA Á DON FRAY JUAN DE QUEVEDO, OBISPO DEL DARIEN, ACERCA DE LA ESCLAVITUD DE LOS INDIOS, ETC. — AÑO DE 1519.

Muy alto y muy poderoso señor: Yo soy de los más antiguos que á las Indias pasaron, y há muchos años que estoy allá, y he visto todo lo que ha pasado en ellas. Y uno de los que han excedido ha sido mi mismo padre, que ya no es vivo. Viendo esto, yo me moví, no porque fuese mejor cristiano que otro, sino por una natural y lastimosa compasion; y así, vine á estos reinos á dar noticia dello al Rey Católico. Hallé á su alteza en Plasencia; oyóme con benignidad. Remitióme para poner remedio en Sevilla. Murió en el camino; y así, ni mi

suplicacion ni su real propósito tuvieron efecto. Despues de su muerte hice relacion á los gobernadores, que eran el cardenal de España fray Francisco Jimenez de Cisneros y el cardenal de Tortosa, los cuales proveyeron muy bien todo lo que convenia. Y despues que vuestra majestad vino, se lo he dado á entender, y estuviera remediado, si el gran canciller no muriera en Zaragoza. Trabajo ahora de nuevo en lo mismo, y no faltan ministros del enemigo de toda virtud y bien, que mueren porque no se remedie. Va tanto á vuestra majestad en entender esto y en mandarlo remediar, que dejado lo que toca á su real conciencia, ninguno de los reinos que posee, ni todos juntos, se igualan con la mínima parte de los estados y bienes de todo aquel orbe. Y en avisar de ello á vuestra majestad, sé que le hago de los mayores servicios que hombre vasallo hizo á su príncipe ni señor del mundo. Y no porque quiera por ello merced ni galardon alguno; porque ni lo hago por servir á vuestra majestad, porque es cierto, hablando con todo el acatamiento y reverencia que se debe á tan alto rey y señor, que de aquí á aquel rincon no me mudase por servir á vuestra majestad, salva la fidelidad que como súbdito debo, si no pensase y creyese de hacer en ello á Dios gran sacrificio. Pero es Dios tan celoso y granjero de su honor, que, como á él se deba solo el honor y gloria de toda criatura, no puedo dar un paso en estos negocios, que por solo él tomo á cuestas de mis hombros, que de allí no se causen y procedan inestimables bienes y servicios de vuestra majestad. Y para ratificacion de lo que he referido, digo y afirmo que renuncio cualquier merced y galardon temporal que me quiera y pueda hacer. Y si en algun tiempo yo, ú otro por mí, merced alguna quisiere, yo sea tenido por falso y engañador de mi rey y señor. Allende de esto, señor muy poderoso, aquellas gentes de aquel mundo nuevo, que está lleno y hierve, son capacísimas de la fe cristiana y de toda virtud y buenas costumbres, por razon y doctrina traibles. Y de su natura son libres y tienen sus reyes y señores naturales, que gobiernan sus policías. Y á lo que dijo el reverendo Obispo, que son siervos *à natura*, por lo que el filósofo dice, en el principio de su *Política*, de cuya intencion á lo que el reverendo Obispo dice, hay tanta diferencia como del cielo á la tierra. Y cuando fuese como el reverendo Obispo lo afirma, el filósofo era gentil y está ardiendo en los infiernos; y por ende, tanto se ha de usar de su doctrina, cuanto con nuestra santa fe y costumbres de la religion cristiana conviniere. *Nuestra religion cristiana es igual y se adapta á todas las naciones del mundo, y á todas igualmente recibe, y á ninguna quita su libertad ni sus señores, ni mete debajo de servidumbre, so color ni achaques de que son siervos à natura*, como el reverendo Obispo parece que significa. Y por tanto, de vuestra real majestad será propio, en el principio de su reinado, poner en ello remedio.

RASGO HISTÓRICO FILOSÓFICO SOBRE LA MUERTE DE CRISTÓBAL COLON (1).

Despachado su hermano el Adelantado para ir á besar las manos á los reyes nuevos, agravósele cada hora más al Almirante su enfermedad de la gota por el aspereza del invierno, y más por las angustias de verse allí desconsolado, despojado, y en tanto olvido sus servicios y en peligro su justicia, no embargante que las nuevas sonaban y crecian de las riquezas destas Indias, yendo á Castilla mucho oro destas islas, y prometiendo muchas más de cada dia; el cual, viéndose muy debilitado, como cristiano (cierto que lo era), recibió con mucha devocion todos los santos sacramentos, y llegada la hora de su tránsito desta vida para la otra, dicen que la postrera palabra que dijo fué: *In manus tuas commendo spiritum meum*. Murió en Valladolid, dia de la Ascension, que cayó aquel año á 20 de Mayo, de 1506 años. Llevaron su cuerpo, ó sus huesos, á las Cuevas de Sevilla, monasterio de los cartujos; de allí los pasaron y trajeron á esta ciudad de Santo Domingo, y están en la capilla mayor de la iglesia catedral enterrados. Tenia su testamento hecho, en el cual instituyó por su universal heredero á don Diego, su hijo legítimo; si no tuviere hijos, á don Hernando, su hijo natural, y si aquel no los tuviere, á don Bartolomé Colon, adelantado, su hermano; y si no tuviere su hermano hijos, á otro su hermano; y en defecto de aquel, al pariente más cercano y más allegado á su línea; y así para siempre. Mandó que habiendo varon, nunca le heredase mujer; pero no le habiendo, instituyó que heredase su estado mujer, siempre la más cercana á su línea. Mandó á cualquiera que heredase su estado que no pensase ni presumiese de menguar el mayorazgo, sino que ántes trabajase de lo acrecentar, mandando á sus herederos que con sus personas y estado, y rentas de él, sirviesen al Rey y á la Reina y al acrecentamiento de la religion cristiana. Dejóles tambien obligacion de que de todas las rentas que de su mayorazgo procedieren, den y repartan la décima parte á los pobres en limosna. Entre otras cláusulas de su testamento, se contiene ésta: «Al Rey y á la Reina, nuestros señores, cuando yo los serví con las Indias; digo serví, que parece que yo por la voluntad de Dios, nuestro Señor, se las dí como cosa que era mia. Puédolo decir, porque importuné á sus altezas por ellas, las cuales eran ignotas, y escondido el camino y cuanto se fabló de ellas. E para las ir á descubrir, allende de poner el aviso y mi persona, sus altezas no gastaron ni quisieron gastar para ello, salvo un cuento de maravedís, é á mí fué necesario de gastar el resto. Despues plugo á sus altezas que yo hobiese en mí parte de las dichas Indias, islas y tierra firme, que son al poniente de una raya que

(1) Sacado de la Historia MS.

mandaron marcar sobre las islas de los Azores y aquellas del Cabo Verde cien leguas, la cual pasa de polo á polo; que yo hobiese en mi parte tercio y el ochavo de todo, y más el diezmo de lo que resta en ellos, como más largo se muestra por los dichos mis privilegios é cartas de merced.» Éstas son sus palabras en el dicho su testamento.

Y así pasó desta vida en estado de harta angustia y amargura y pobreza, y sin tener, como él dijo, una teja debajo de que se metiese, para no se mojar ó reposar en el mundo, el que habia descubierto por su industria otro nuevo, y mayor que el que de ántes sabiamos felicísimo mundo. Murió desposeido y despojado de estado y honra, que con tan inmensos é increibles peligros, sudores y trabajos habia ganado; desposeido ignominiosamente, sin órden de justicia echado en grillos, encarcelado, sin oirlo ni convencerlo, ni hacerle cargos ni rescibir sus descargos, sino como si los que lo juzgaban fueran gente sin razon, desordenada, estulta. Esto no fué sin juicio y beneplácito divino, el cual juzga y pondera las obras y los fines de los hombres, y así los méritos y deméritos de cada uno, por reglas muy delgadas, de donde nace que lo que nosotros loamos no es de loa, y lo que vituperamos alaba.

Quien bien quisiere advertir lo que la historia con verdad hasta aquí ha contado de los agravios, guerras é injusticias, captiverios y opresiones, despojos de señoríos, estados y tierras, y privacion de propia y natural libertad, y de infinitas vidas que á reyes y señores naturales, y á chicos y á grandes, en esta isla y tambien en Veragua, hizo y consintió hacer absurda y desordenadamente el Almirante, no teniendo jurisdiccion alguna sobre ellas ni alguna justa causa; ántes siendo él súbdito de ellos, por estar en su tierra, reinos y señoríos, donde tenian jurisdiccion natural y la usaban y administraban, no con mucha dificultad ni áun con demasiada temeridad podia sentir que todos estos infortunios y adversidades, y angustias y penalidades, fueron de aquellas culpas el pago y castigo; porque ¿quién puede pensar que cayese tan gran señal y obra de ingratitud en tan reales y cristianísimos ánimos como eran los de los Reyes Católicos, que á un tan nuevo y tan señalado y singular y único servicio, no tal otro hecho á rey alguno en el mundo, fuesen ingratos, y de las palabras y promesas reales, hechas y afirmadas muchas veces, por dicho y por escripto, falsos? No es, cierto, creible que no cumplir sus privilegios y mercedes, por ellos debidamente prometidas y concedidas por sus tan señalados servicios, por falta de los reyes quedase, sino solamente por la divina voluntad, que determinó que de cosa dello en esta vida no gozase; y así no movia á los reyes á que lo galardonasen, ántes los impidió, sin los reyes incurrir en mácula de ingratitud, y sin otro defecto que fuese pecado; de la manera que sin culpa de los mismos reyes, y sin su voluntad y mandado, el comendador Bobadilla, ó por ignorancia ó por malicia, violando la órden de derecho y justicia, permitió que lo prendiese, aprisionase, despojase de la dignidad, estado y hacienda que poseia, y al cabo desterrase á él y á sus hermanos. Y lo que más se debe notar, que no paró en él ni en ellos la penalidad, sino que ha comprehendido hasta la tercera generacion en sus sucesores, en que está hoy, como, si place á Dios, por la historia será declarado. Estos son los juicios altísimos y secretísimos de Dios, de los nuestros muy distante, y por esto será cordura para el dia postrimero, donde todo en breve se descubrirá y será claro á todo hombre, reservallo. Á la bondad de Dios plega de contentarse, rescibiendo por satisfaccion de las culpas que en estas tierras que descubrió contrajo, las tribulaciones, angustias y amarguras, con los peligros, trabajos y sudores que toda su vida padeció, porque en la otra vida le haya concedido perpétuo descanso.

Ninguno, cierto, de los que sus cosas supimos y supieron pudo negar que no tuviese buena y simple intencion, y á los reyes fidelidad; y ésta fué tan demasiada, que por servirlos, él mismo confesó con juramento, en una carta que les escribió de Cáliz (Cádiz), cuando estaba para se partir para el postrer viaje, «que habia puesto más diligencia para los servir que para ganar el paraíso.» Y así parece que fué permision de Dios que le dieron el pago. Y tengo yo por cierto que aqueste demasiado cuidado de querer servir los reyes y con oro y riquezas querer agradalles, y tambien la mucha ignorancia que tuvo, fué la potísima causa de haber en todo lo que hizo contra estas gentes errado, aunque en los que aconsejaron por aquellos tiempos á los reyes, como ya queda dicho, fué mucho más culpable (1).

(1) Historia MS., libro II, capítulo XXXVIII.

RASGO HISTÓRICO FILOSÓFICO SOBRE LA ESCLAVITUD DE LOS INDIOS (1).

Viendo los españoles que tenian cargo de consumir los indios en las minas, sacando oro, y en las otras sus granjerías y trabajos, con que los mataban, que cada dia se les hacian ménos, muriéndoseles, no teniendo más consideracion á su temporal daño y lo que perdian de aprovecharse, cayeron en que sería bien suplir la falta de los que perecian, naturales de esta isla (Santo Domingo), trayendo á ella de las otras islas la gente que se pudiese traer, para que su negocio y granjería de las minas y otros intereses no cesasen; y para esto pensaron con esta industriosa falsedad de engañar al rey don Hernando. Fué aquesta cautela dolosa tal, que le hicieron saber, ó por cartas ó por procurador, que á la córte enviaron (lo cual no es de creer que se hizo sin pares-

(1) Sacado de la Historia MS.

cer y consentimiento del Comendador mayor), que las islas de los Lucayos ó Yucayos, vecinas de esta Española y de la de Cuba, estaban llenas de gentes, donde estaban ociosas y de ninguna cosa aprovechaban, y que allí nunca serian cristianos; que su alteza diese licencia á los vecinos españoles de esta isla para que armasen algunos navíos, en que los trujesen á ella, donde serian cristianos, y ayudarian á sacar el oro que habia, y sería de mucho provecho aquella traida, y su alteza sería muy mucho servido.

El Rey se lo concedió que así lo hiciesen, con harta culpa y ceguedad del Consejo, que tal le aconsejó, y firmó la tal licencia, como si fueran los hombres racionales alguna madera que se cortára de árboles, y la hobieran de traer para edificar en esta tierra, ó quizá manadas de ovejas ú otros animales cualesquiera, que aunque murieran en el camino por la mar muchos, poco se perdiera.

¿Quién no culpará error tan grande como era, las gentes naturales, vecinos de tantas islas, deberse sacar por fuerza de ellas, y llevarlas ciento y ciento y cincuenta leguas por la mar á otras nuevas tierras, por causa buena ó mala que ofrecerse pudiera, cuanto ménos á sacar oro de las minas, donde cierto habian de morir para el Rey y para los extraños, á quien nunca ofendieron? Y ¿por ventura no quisieron justificar la tal traida y despoblacion de las propias patrias con aquella engañosa y falsa color con que al Rey engañaron, que traidos á esta isla, serian instruidos y hechos cristianos? Pero, aunque fuera esto verdad (lo cual no fué, porque ni lo pretendieron, ni lo hicieron, ni lo pensaron hacer jamas), no queria Dios la cristiandad con tanto estrago; porque no suele á Dios aplacer bien alguno, por grande que sea, perpetrando los hombres gravísimos pecados, y aunque sean chicos, cualesquiera daño hecho contra sus prójimos. Y en esto los pecadores muchas veces, mayormente en estas Indias, se han engañado, y cada dia se engañan. Y para condenacion entera de esta fingida color y excusa, nunca los apóstoles hicieron sacar por fuerza de sus tierras las gentes infieles, y llevarlas, para las convertir, á donde ellos estaban, ni la Iglesia universal, despues de ellos, jamas lo usó, como cosa perniciosa y detestable. Así que, el Consejo del Rey fué gran ceguedad, y por consiguiente, ante Dios fué muy culpable, porque no debiera él ignorar éste ser malo, pues tenian oficio de letrados los que en él entraban (1).

(1) Historia MS., libro II, capítulo XIII.